

Flavedinis Corticum Citri recentium dr. iij.
Specierum Imperatoris minutim incisarum
dr. vj.

Sacchari in sufficienti quantitate aquæ fonta-
næ soluti libr. ij.

Aquæ Naphæ dr. ij. vel iij. ad odoris gra-
tiam

Saccharum solutum coquatur ad consisten-
tiam tabularem, tunc adde Aquam Naphæ,
& fiat unica adhuc ebullitio; remotis dein
ab igne immitte fructus; & ultimo, dum jam-
jam Massa in modulum effundenda est, aroma-
ta admisceantur.

*Et hæc norma est pro reliquis Morsulis cum
pulveribus conficiendis, qui ex tempore pa-
randi sunt, dum præscribuntur.*

NITRUM ANTIMONIATUM.

*vide sub ANTIMONIO DIAPHORETICO
ABLUTO.*

NITRUM DEPURATUM.

R. Nitri. q. v.

Solve in sufficienti quantitate aquæ puræ
calidæ.

Quie-

Quiescat liquor per nychthemerum, quem
dein filtra, & ad cuticulam evaporatum in
cella pone, ubi concrecent cryſtalli a Sale
communi repurgatae, quas serva.

NITRUM PRÆPARATUM

sive

LAPIS PRUNELLÆ.

R. Nitri crudi libr. j.

Fluat in cruebulo vel in fartagine ferrea
igni imposita, atque tunc successive injiciatur

Florum Sulphuris unc. j.

Massa demum effundatur guttatim in lami-
nam metallicam politam, vel in tabulam mar-
moream, ut sub Rotularum forma concrescat.

OLEA DESTILLATA

ÆTHEREA.

OLEUM ABSINTHII.

R. Herbæ Absinthii cum floribus q. f.

Adfunde octuplum aquæ communis, & de-
ſtilla ex vesica, donec nullum amplius ele-
vetur oleum, quod ab aqua separatum serva;
aquam vero destillatam novo Absinthio adfun-

N 3

de